Zonaras facit mentionem primi Baptismi Ruthenorum longe ante millesimum annum sub Principissa Russiæ Volga, quæ Constantinopoli edocta in fide baptizavit aliquos Ruthenos, sed non diu duravit baptismus, nam morte ipsius subsequuta rediit Russia ad Gentilismum; Ergo Vladimirij Catholicus est Baptismus, ac proinde perseverante in Catholica fide Patriarcha Constantinopolitano susceptus debent Unitij omnia bona &c.

F.
Se ne fà mentione nella sopradetta lettera fol. 198.

Estratto della Cancellaria Minore del Regno della Protesta fatta da Mons.r Nunzio in essa registrata

Michael Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Massoviæ, Samogitiæ, Kioviæ, Volhyniæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæque.

Significamus praesentibus literis nostris, quorum interest universis, et singulis, quomodo coram actis Metricæ Regni Cancellariæ nostræ minoris personaliter comparens Ven. Carolus Sarteschius J. V. D. Prothonotarius Apostolicus et Nuntiaturæ Apostolicæ Generalis Auditor, et Judex, nomine Ill.mi et Rev.mi D. Galeatij Marescotti Archiepiscopi Corinthien. ad Nos, regnumque nostrum Poloniæ et M. D. Lithuaniæ Sedis Apostolicæ Nuntij Apostolici, paratam in manibus suis tenens